Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sanctae Barbara virginis mense decembrio die quarto

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

requiescere seruum suum. In loco autem
in quo decubuerit corpus meum tradite sepul
turae. Cumque loquendi finem fecisset.
flectens genua parauit ceruicem. et decolla
tus est in sempiternam fidem
et accepit coronam inter agmina angelorum
ac martyrum. et sic introiuit in conspec
tu dni nri ihu xpi sub die ... tous
nouembris. Cum ergo defunctus fuisset
et omnia ... triumphum fidei eius
meruisset. Inuoluentes xpiani corpus
eius uestibus preciosis inposuerunt came
lo. et dimiserunt eum sicut ipse prece
perat. Camelus autem ambulabat
per noctem precedente angelo dni et in
loco quod ipse uoluit decubuit. Qui autem
sequebantur eum tollentes cor
pus eius ibidem posuerunt. Post ea
uero dignam meritis eius basilicam condi
derunt. In qua multas uirtutes operatus est
dns ad laudem et gloriam nominis sui usque
in presentem diem. Cui est honor et gloria
cum deo patre in unitate sps sci per in
mortalia secula seculorum. amen.
Explicit passio sci [illegible]

INCIPIT PASSIO SCAE BARBARAE VIRGINIS MENSE DECEMBRIO DIE QUARTO

XXII

Temporibus imperatoris maximiani
erat quidam satrapes nomine dioscorus
diues ualde. paganus uero existens et co
lens idola. Hic habuit filiam unicam nomine
barbaram. fecit autem pater eius turrem subli
mem. ibique reclusit eam. ita ut non uide
retur ab hominibus propter eminentem
pulcritudinem eius. Locuti sunt uero
quidam de optimatibus patri eius de ea. ut
... natum sibi acciperet. Ipse uero acce
dens in turrem. persuadebat ei dicens.
filia mea. quidam de potentibus commemo
rati sunt me de te. ut acciperent in coniugio.
quid ergo uis de hoc. Ipsa uero iniuria eum
ira dixit. ne cogas me de hoc agere pater.
2 Ipse uero ipse secessit ab ea. et descendens per
manebat in eo quod condebatur ab eo lauacro.
Instituerat multitudinem artificum quatenus
hoc cito perficeretur. Instituens uero quomo
do debuit fieri. et tribuens singulis proprium
mercedem in integro. profectus est in regionem
longinquam. faciens ibidem tempus non
modicum. Descendens uero famula di bar
bara decurrit. uidere opus quod factum est.
et uidit contra septentrionem duas solummo
do fenestras super adstantes. et dicit artificibus.
quare duas fenestras instituistis. dicunt ei.
pater tuus sic nobis disposuit. Dicit eis beata
barbara. facite et instituite mihi et aliam unam
fenestram. Ipsi uero dicunt ei. Timemus
domina. ne quando indignabitur pater tuus
aduersum nos. et non possumus portare eum.
3 Dicit eis famula di barbara. Quod dico uobis
facite. ego de hoc adquiescere faciam patrem
meum. Ipsi uero adquieuerunt. ut aliam
fenestram facerent. sicut constituit eis.
Perambulans uero in querelosa et inma
culata barbara in natatoria. et abiens
contra orientem instituit in marmoribus
digito eius pretiose crucis figuram
usque in hodiernum diem. ad conpunc
tionem intuentium. Ingressa uero
in eam absidam in qua ingrediebatur sancti
... in qua facta est figura pretiosi eius pedis.
in qua omnes insanationes et salutes eorum
mensuram accipiuntur. et preconem dei
precursorem seu baptistam iohannem. hoc
lauacro similabitur fontis siloe. in qua qui
a natiuitate caecus lauans respexit. In hoc
enim lauacro. sca eius uertex suscepit scm
baptisma. Hoc lauacrum similabitur
probatica natatoria. in qua paralyticus uerbo
curatus est. Hec est natatoria fons incorrup

ibilis. Haec est natatoria quae curat
omnem languorem. & omnem infirmita
tem. Haec est natatoria aqua uiua quam
samaritana petiuit de sanctissimo natatorio.
Pertransiens uero agna xpi barbara. & as
cendens in turrim uidit simulacra quae
colebat pater eius. & suscipiens spm scm
multifaris bene mobilem. disertum. in
contaminatum. luculentum. incaltum.
benignum. acutissimum. beneficum. certu.
diligentissimum. securum. cuncta super inspectu.
Circuiuit enim in eam uapor di uirtutis.
& affluentiam de omnipotentis gloriae
7 sinceritatis. Haec igitur fortissima
martyr xpi fidelis. circum ornatu uincit
diabolum. Haec igitur uidens surda
simulacra. inspuit in faciem eorum dicens.
similes uestri fiant. qui faciunt uos. & om
nes qui confidunt in uobis. & ascendens in
turrim. erat ibidem precatum dnm.
finito autem opere atque perfecto. reuersus
est pater eius de peregrinatione. & con
templatus tres fenestras instantes dixit
artificibus. Quare tres fenestras instituistis.
Dicunt ei artifices. filia tua sic nobis
6 praecepit. Ipse uero conuocans filiam suam
dixit ei. filia tu imperasti tres fenestras
facere. Ipsa uero dixit ei. etiam. & enim
bene feci. Nam tres fenestrae inluminant
omnem hominem. Duae uero dies tenebrescunt.
& adtrahens eam pater eius descendit in na
tatorio & dixit ei. Quomodo habuntur inlu
minant tres de duabus. Beata barbara dixit.
Haec pater. & filius. & sps scs. Tunc repletus
est furore pater eius. & tollit gladium suum.
ut occideret eam. Orabat uero beata
barbara. & aperta est petra & suscepit eam
intus. & eiecit eam super montem. Erant
λ autem duo pastores pascentes oues in eodem
monte. qui & uiderunt eam fugientem.
Accedens uero pater eius. interrogabat eos

dicens. & quidem unus uolens saluare eam. cum
iuramento negauit quod non uidisset eam.
alius uero digito demonstrauit eam. & maledix
it ei beata barbara. & statim facte sunt oues
eius locustule. quae & permanent pretioso in sepul
cro. usque in hodiernum diem. At uero pater
eius repperiens eam flagellauit eam. & tenens
comam capitis eius. pertraxit eam a monte. &
reclusit eam in cellula paupercula. & munivit
clauem. Instituit custodes & anonape tradit ei quis
quam. Confortauit & custodes usque dum abiens
nuntiaret presidi. & tradidit eam ad torquendum.
(8) Adueniens uero preses. iussit offerri
eam. Ingressus uero pater eius cum
cum gerontio. cum marcuriense. Dicit
eam decolla. & tradidit eam presidi. Ad
iurans eum per deorum potentiam. ut atrocib
tormentis eam consumeret. Tunc preses
sedens pro tribunali. & uidens pulchritudinem
eius dixit ei. Quid uis parce tibi ipsa & sa
crifica diis. aut acerrimis tormentis tradam te.
Respondens beata martyr xpi barbara
dixit. Ego patrem habeo. sacrificare dno
meo ihu xpo. qui fecit caelum & terram. mare & om
nia quae in eis sunt. Demonibus enim tuis
propheta dicit. Os habent & non loquentur ocu
los habent & non uidebunt. Aures habent & non
audient. nares habent & non odorabunt. manus ha
bent & non palpabunt. pedes habent & non ambula
bunt. Non enim est sps in ore ipsorum. similes illis
fiant qui faciunt ea. & omnes qui confidunt in eis.
Tunc preses repletus furore. iussit expoliari
eam. carnes eius [illegible] neruis taurinis
discerpere. & cilicinis texus defricare et in tante
inlazerum ei plagas. Ita ut omne corpus
eius inquinaretur sanguinibus. & iussit
ut recluderetur in carcere. Qualiter tracta
ret de ea. qua pena consumeret eam. Media
uero nocte circumfulsit eam lux de caelo. In
qua apparuit ei saluator dicens. Confide
atque confortare barbara quo copiosum gaudiu

sit in celo & in terra super tuam passionem
Non ergo metuas minas tyranni. ego enim
sum tecum. & ego eruam te ab omnibus
plagis que inferuntur tibi. & statim pla
ge omnes nusquam conparuerunt in ea.
& hec dicens dns signauit eam. & as
cendit in celos. Gaudebat autem & ex
ultabat martyr xpi barbara sup & hor
tationem dni. Mane autem facto.
iussit afferri eam. & intuens pre
ses. quia que inlata sunt ei tormenta nusquam
conparuerunt. dicit ei. Ecce quomo
do repropitiati sunt tibi dii. & diligunt
te barbara. quia plagas tuas sanauerunt
Respondens autem martyr xpi barbara.
dicit presidi. Similes tui sunt dii tui.
surdi & ceci & sine intellectu & inmobiles
& quomodo habebant plagas meas cura
re. remedium ipsi sibi non potentes adhi
bentes Me autem curauit ihs est xps
filius di uiui quem tu non uides. eo quod
cor tuum induratum est a diabulo. Tunc
iratus preses & fremens ut leo. iussit carpere
latera eius et lampades ardentes applicari
ei & malleo super caput eius cedi Ipsa
uero intuita in celum dixit Tu nosti cordis
cogitator xpe quo amoris tui accensione
pro te has plagas
fortiter sustinui. Iussit impius pre
ses gladio mamillas eius amputari. sed uero
uberibus eius martyr xpi barbara. aspici
ens in celum dicebat. ne proicias me a facie
tua dne. & spm scm tuum ne auferas a me.
Cum autem & hanc plagam fortiter sustinu
isset. iussit impius preses nudam eam circu
ire omnem regionem illam. & plagis inferen
tibus flagellari eam. At uero martyr
xpi barbara intuita in celum dixit
Dne ds qui operis celos nubibus. protector
& adiutor meus esto. & tege denudatum
corpus meum. ut non uideatur ab oculis

absidi

obumb

impiorum. & hec dicente euenit dns et sup eur
sum cerubin. & mittens angelum suum. cooperuit
eam stola candida. Igitur milites circumduxe
runt eam in predio qd uocabatur dalasium. in
loco felix. ad impiissimum presidem. precepit
quoque preses per gladium eam trahi. Tunc fu
rore repletus pater eius. suscepit eam a presi
de. & perduxit eam in montem. At uero
martyr xpi gaudens super hoc festinabat.
ut inperfectum uictorie brauium acciperet. & duc
ta ad orabat martyrium coronam dicens. Dne
ds xpe. qui celos extendisti. & terram funda
sti. qui abyssos conclusisti. & mari metam po
suisti. qui precepisti imbribus et nubes plue
re super malos ac bonos. qui super mare ambu
lasti & pedibus calcasti [illegible] qui increpasti tem
pestatem uentorum omnia enim obediunt tibi. Dne
ds xpe presta mihi dne petitionem hanc.
& da famule tue gratiam. ut si quis memora
uerit nominis tui & nominis famule tue faciens
memoriam dierum martyrii mei. Dne ne memi
neris peccatorum eorum. in die iudicii. sed propiti
are eis peccatis. Tu enim nosti dne. quia caro
sumus. & dicente ea Amen. facta est uox de celo ad
eam dicens. Ueni pulcherrima mea athleta fortissima.
requiesce in cubilibus patris mei. qui est in celis.
De quanto me postulasti. donatum est tibi a me.
& hec dicens martyr xpi uenit ad locum supra
dictum. & illic finitum est preciosum eius martyri
um. a suo patre decollata est. & completum est mar
tyrium eius in bonam confessionem. cum sancta
barbara in celum locum. Descendente uero patre
eius a monte. ignis cecidit de celo & conbussit eum.
ita ut nec puluis eius inueniretur. finitum est au
tem scam martyr xpi barbara. cum scis iuliana. quarto
die mensis [illegible]. Ualentinus uero quidam uir uenerabilis.
petiit ueneranda corpora scarum martyrum. & reposuit in loco
solis. in habitaculum modicum. in quo & sanationes plurime
celebrantur. ad laudem omnipotentis di. Martyrizata autem est sanc
tissima martyr xpi barbara. imperante maximiano augusto
& preside marciano. apud nos uero. regnante dno dco nostro
saluatore nro ihu xpo. cui est honor & gloria in secula seculorum.